

INTROIT Jeremiah 29: 11, 12, 14

Dicit Dóminus: Ego cógito cogitatiónes pacis, et non afflictiónis: invocábitis me, et ego exáudiam vos: et redúcam captivitátem vestram de cunctis locis. (Ps. 84: 2) Benedixísti, Dómine, terram tuam: avertísti captivitátem Jacob. Glória Patri et Fílio et Spíritui Sancto, sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Dicit Dóminus: Ego cógito cogitatiónes pacis, et non afflictiónis: invocábitis me, et ego exáudiam vos: et redúcam captivitátem vestram de cunctis locis.

COLLECT

Famíliam tuam, quæsumus, Dómine, continua pietáte custódi: ut quæ in sola spe grátiae cæléstis innítitur, tua semper protectióne muniátur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

EPISTLE Colossians 3: 12-17

Fratres: Indúite vos sicut elécti Dei, sancti, et dilécti, víscera misericórdiæ, benignitátem, humilitátem, modéstiam, patiéntiam: supportántes invicem, et donántes vobismetípsis, si quis advérsus áliquem habet querélam: sicut et Dóminus donávit vobis, ita et vos. Super ómnia autem hæc, caritátem habéte, quod est vínculum perfectiónis: et pax Christi exsúltet in córdibus vestris, in qua et vocáti estis in uno córpore: et grati abóde. Verbum Christi hábitet in vobis abundánter, in omni sapiéntia, docétes, et commonétes vosmetípsos psalmis, hymnis, et cánticis spirituálibus, in grátia cantántes in córdibus vestris Deo. Omne quodcúmque fáctis in verbo, aut in ópere, ómnia in nómine Dómini Jesu Christi, grátias agéntes Deo, et Patri per Jesum Christum Dóminum nostrum.

GRADUAL Psalms 43: 8-9

Liberásti nos, Dómine, ex affligéntibus nos: et eos, qui nos odérunt, confudísti. In Deo laudábimur tota die, et in nómine tuo confitébimur in sæcula. (Ps. 129: 1-2) Alleluja, allelúja. De profúndis clamávi ad te, Dómine: Dómine, exáudi oratióne meam. Allelúja.

GOSPEL Matthew 13: 24-30

In illo témpore: Dixit Jesus turbis parábolam hanc: Símile factum est regnum cælórum hómini, qui seminávit bonum semen in agro suo. Cum autem dormírent hómines, venit inimícus ejus, et supereminávit zizánia in médio trítici, et ábiit. Cum autem crevísset herba, et fructum fecísset, tunc apparuérun et zizánia. Accedéntes autem servi patrisfamilias, dixerunt ei: Dómine, nonne bonum semen seminásti in agro tuo? Unde ergo habet zizánia? Et ait illis: Inimícus homo hoc fecit. Servi autem dixerunt ei: Vis, imus, et collígimus ea? Et ait: Non: ne forte colligéntes zizánia, eradicétis simul cum eis et tríticum. Sínite útraque créscere usque ad messem, et in témpore messis dicam messóribus: Collígite primum zizánia, et alligáte ea in fascículos ad comburéndum, tríticum autem congregáte in hórreum meum.

OFFERTORY Psalms 129: 1-2

De profúndis clamávi ad te, Dómine: Dómine, exáudi oratióne meam: de profúndis clamávi ad te, Dómine.

SECRET

Hóstias tibi, Dómine, placatiónis offérimus: ut et delícta nostra miserátus absólvas, et nutántia corda tu dírigas. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

COMMUNION Mark 11: 24

Amen dico vobis, quidquid orántes pétitis, créдите quia accipiétis, et fiet vobis.

POSTCOMMUNION

Quæsumus, omnipotens Deus: ut illíus salutáris capiámus efféctum, cujus per hæc mystéria pignus accépimus. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

The Lord saith: I think thoughts of peace, and not of affliction: you shall call upon Me, and I will hear you; and I will bring back your captivity from all places. (Ps. 84: 2) Lord, Thou hast blessed Thy land: Thou hast turned away the captivity of Jacob. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. The Lord saith: I think thoughts of peace, and not of affliction: you shall call upon Me, and I will hear you; and I will bring back your captivity from all places.

In Thine infinite goodness, we beseech Thee, O Lord, to watch over Thy household, that even as it relies solely upon the hope of Thy heavenly grace, so it may ever be defended by Thy protection. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Brethren: Put ye on therefore, as the elect of God, holy and beloved, the bowels of mercy, benignity, humility, modesty, patience: bearing with one another and forgiving one another, if any have a complaint against another: even as the Lord hath forgiven you, so do you also. But above all these things have charity, which is the bond of perfection: and let the peace of Christ rejoice in your hearts, wherein also you are called in one body: and be ye thankful. Let the word of Christ dwell in you abundantly, in all wisdom, teaching and admonishing one another in psalms, hymns, and spiritual canticles, singing in grace in your hearts to God. All whatsoever you do in word or in work, do all in the name of the Lord Jesus Christ, giving thanks to God and the Father by Jesus Christ our Lord.

Thou hast delivered us, O Lord, from them that afflict us: and hast put them to shame that hate us. In God we will glory all the day: and in Thy name we will give praise forever. (Ps. 129: 1-2) Alleluia, alleluia. Out of the depths I have cried to Thee, O Lord: Lord, hear my prayer. Alleluia.

At that time Jesus spoke this parable to the multitudes: The kingdom of heaven is likened to a man that sowed good seed in his field. But while men were asleep, his enemy came and oversowed cockle among the wheat, and went his way. And when the blade was sprung up and had brought forth fruit, then appeared also the cockle. And the servants of the good man of the house coming, said to him: Sir, didst thou not sow good seed in thy field? Whence then hath it cockle? And he said to them: An enemy hath done this. And the servants said to him: Wilt thou that we go and gather it up? And he said: No, lest perhaps, gathering up the cockle, you root up the wheat also together with it. Suffer both to grow until the harvest, and in the time of the harvest I will say to the reapers: Gather up first the cockle and bind it into bundles to burn, but the wheat gather ye into my barn.

Out of the depths I have cried out to Thee, O Lord: Lord, hear my prayer: out of the depths I have cried out to Thee, O Lord.

We offer unto Thee, O Lord, the sacrifice of propitiation, that Thou may of Thy mercy absolve us from our sins, and Thyself direct our inconstant heart. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Amen I say to you, whatsoever you ask when you pray, believe that you shall receive, and it shall be done to you.

We beseech Thee, almighty God, that we may obtain the effect of that salvation, the pledge of which we have received in these mysteries. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.